

Armisti-  
tium vi-  
cennale.

Consilia, Suspiria, Lamentationes, atque destituta omni effectu amicabile compositionis tentamina usque ad Anno 1684. quo cedendum plane fuit Gallia, perque vicennalis Armistitii Tabulas omnia Gallorum discretioni relinquenda.

Pactum de  
Designa-  
tione Li-  
mitum ef-  
fectu de-  
stituitur.

Equidem tum quoque *art. 10.* cautum fuit: „Statim post hunc Tractatum rati habitum utrinque nominabuntur instituenturque Commissarii ad limites Imperium inter et Galliam iuxta supra denotatam possessionem designandos ponendosque, ubi necesse fuerit, finium terminos, ita, ut exinde nulla oriri queat Controversia &c.“ Sed effectu caruit hoc pactum. (1)

Pacificatio  
Ryswi-  
censis.

Paulo post hæ Tabulæ rupturam passæ sunt per irruptionem Gallorum Anno 1688. in ipsam Germaniam magnam, eamque plane hostilem, non nisi flammam fumumque spirantem, cuius vestigia spectatu horrenda hodieque præbet miser ex parte non una Palatinatus aliæque regiones vicinæ. Deventum tandem est ad Tractatus Pacis Ryswicenses oblatumque fundamenti loco a Gallia Monasteriensis Pacificationis Instrumentum, oblata Reunionum cassatio, at cum ad specialiora descenderent Legati & Imperatoris & Imperii Statuum (2) prospectumque cuperent Immedietati Statuum in Alsatia sitorum surdis narrabatur fabula,

1) V. FABRI *Europ. Staats-Canzl. Tom. 46. p. 513.* Acta publica huc pertinentia exhibentur in LONDORPII Actis publ. *Tom. 12. p. 129. 137. 149. 260. 261. 584. 592. 593. 618. Tom. 13. p. 74.*

2) Quos inter Legati Circuli Suevici in specie in Postulatorum suorum numerum retulere, quod ad præcludendas vltiores lites certi limites inter S. R. I. & Regnum Gallia designari debeant. V. CORTREIVS *ad Pac. Rysw. p. 73. add. cit. Mem. & Negoc. de la Paix de Rysw. Tom. 1. p. 303. 389. Tom. 2. p. 35. 62. 124. 159. 282. 289. 302. 306. 312. 394. ibid. p. 491.* „Réponse de - - à la „Lettre d' un de ses amis sur les Droits cedez au Roi T. C. dans l'Alsa- „ce, p. 501. Information sommaire & historique, touchant les dix Villes „Imperiales en Alsace & cela au regard de la Préfecture Prouvinciale d' „Haguenau. p. 516. Memoire sommaire & historique touchant les dix „Villes Imperiales d'Alsace *Tom. 3. p. 35.*